



# Danskernes Historie Online

Danske Slægtsforskeres Bibliotek

**Dette værk er downloadet fra Danskernes Historie Online**

**Danskernes Historie Online** er Danmarks største digitaliseringsprojekt af litteratur inden for emner som personalhistorie, lokalhistorie og slægtsforskning. Biblioteket hører under den almennyttige forening Danske Slægtsforskere. Vi bevarer vores fælles kulturarv, digitaliserer den og stiller den til rådighed for alle interesserede.

## **Støt vores arbejde – Bliv sponsor**

Som sponsor i biblioteket opnår du en række fordele. Læs mere om fordele og sponsorat her: <https://slaegtsbibliotek.dk/sponsorat>

## **Ophavsret**

Biblioteket indeholder værker både med og uden ophavsret. For værker, som er omfattet af ophavsret, må PDF-filen kun benyttes til personligt brug.

## **Links**

Slægtsforskernes Bibliotek: <https://slaegtsbibliotek.dk>

Danske Slægtsforskere: <https://slaegt.dk>

*Y.*

# Indbydelsesskrift

til

den offentlige Examen

i

Nykøbing Cathedralskole

1848

ved

E. P. Rosendahl,  
Rector.

---

Nykøbing.

Trykt i W. Laubs Enkes Officin.

**De emendandis Ciceronis libris de officiis  
observationes criticae.**

**scripsit**

**Georgius F. G. Lund,**  
**A. M.**

Quum hæc commentabar, spes erat fore, ut editio Officiorum a me curata, cuius mentio fit in iis, quæ seqvuntur, simul fere cum his observationibus, quas opportunitate oblata programmati loco editurus eram, aut non ita multo post in lucem prodiret; a me enim hoc opus pertractatum et absolutum est iam ante initium huius anni. Quia spe falsus maxime propter asperitates temporum et rerum augustias, hæc, quæ per se fortasse minora sunt, quam ut seorsum edenda videantur, emittere coactus sum, etiam nunc tamen confidens, non nimis longo interiecto spatio librum ipsum typis descriptum proditum.

**Q**vum Ciceronis de officiis libros in usum scholarum nostrarum denuo edendos perpetuoqve commentario illustrandos susciperem, non putabam fore, ut critici qvoqve munus mihi ipse imponerem. Propius vero et diligentius rem intuenti apparebat, si onus semel susceptum abiicere nolle, ne hunc qvidem laborem mihi recusandum esse, etiamsi mea opera magnum aliquod auxilium Ciceronianis libris allatum iri considere non possem. Neqve hoc exspectabunt, qvi hunc libellum evolvent. Nam facile est ad intelligendum, non multum effici posse arte critica, si qvis et codicum ope plane destitutus, subsidiisqve iam saepius ab aliis adhibitis atqve in medium collatis usus, textum, quem vocant, veteris alicuius libri recognoscere cooperit, et caute atqve circumspecte agens inani illo conjectarum lusu, cui permulti indulgent, abstinuerit. Si igitur pleriqve suo qvodam iure cum fastidio repudiant, qvæ homo nec magno ingenio præditus nec magna doctrina instructus in otio quasi chartis illuserit vel animi caussa vel ad ingenium acuendum, mihi molem observationum criticarum aucturo venia qvodam modo petenda est, vel potius ratio reddenda, cur ea, qvæ afferam, hominum doctorum oculis digna habeat: tum enim veniam mihi paratam fore spero.

Qvoniam a consilio eius editionis Officiorum, qvam parabam, abhorrebat criticas observationes enarrationi inspergere, neqve tamen tacito, quidqvid collibusset, mutare et emendare licebat, ita rem expedire cogitabam, ut singulari scriptiuncula, qvæ seorsum vel programmatis loco ederetur, rationem eorum, qvæ a me hac in re facta essent, redderem, præsertim qvum neqve pauca essent, qvæ novanda viderentur, et nonnulla qum viris harum litterarum peritis communicare possem, qvæ iis grata et utilia futura esse scirem. Etsi enim omnia in his libris non modo doctorum virorum studiis sæpiissime retractatis, sed etiam in titronibus instituendis pæne contritis, recta iam et emenda haberi poterant, mihi tamen accuratius, qvo modo res haberet, exqvirenti statim apparuit, multis locis ulceræ multorum cura non persanata esse, sed modo occultiora eoqve perniciosiora manere, multa adhuc codicum ope sananda relicta esse, alia coniecturæ felicitatem exspectare, alia leniori medicina restitui posse. Itaqve nihil antiquius habui, qvam ut scripturas in exemplo Orelliano ex optimis codicibus Bernensibus enotatas qvam diligentissime conferrem et comparatas ponderarem, exqvire et dijudicare studens, qvid ubiqve verum esset. Qvo factum est, nt, qvum viderem Heusingeri, Gernhardi, Beieri etiam, aliorumqve superiorum operam, patefactis ube-rioribus et purioribus veritatis fontibus, nobis non iam satisfacere posse, recentiorumqve, qvibus aditus horum fontium patebat, neqve ipsum Orellium neqve Zumptium neqve Stürenburgium ita rem gessisse, ut nihil futuro critico agendum reliquissent, proprio Marte singula lustrare et recognoscere instituerem,

ipsius scriptoris manum ubique investigans, veram scripturam qvanta maxima fieri potuit diligentia ubique restituere optans. Vidi statim, Orellium, etsi multo plus in his libris qvam in plerisque aliis libris Ciceronis de philosophia, egregio codicum Bernensium auxilio adiutus, effecisset, tamen non ubique se auctoritate superiorum editorum liberasse, non constanter scripturam codicum amplexum esse, imprimisqve non satis observasse (in duobus primis saltem libris), codicem *c* non modo longe optimum esse, sed etiam cum C. Langii codice paucisqve aliis singularem eandemque origini proximam et vetustissimam familiam nobis propagasse; codices vero *a* et *b* antiquissimos illos qvidem et bonae notæ esse, sed tamen ad detriorem familiam pertinere. Viderat iam hoc in multisqve locis ex hoc codice emendandis præierat Stürenburgius; non viderat Zumptius, ceteroqvin vir acutissimus et sermonis Latini peritissimus, qvi editionem suam fundamento ab Heusingeris duobus iacto superstruens emendationes plurimas a codice illo præstantissimo præbitas neglexit, nimis sæpe testimonia codicum deterioris familiæ prætulit, nimis sæpe veterum editorum exemplo Nonii aliorumve grammaticorum auctoritatem maioris momenti esse duxit qvam codicum Ciceronianorum certissima vestigia (v. c. I, § 88, cl. III, 73; I, 91; II, 15 et 28; III, 2 et 4, 15). Contra Stürenburgius, cuius priorem editionem non vidi et, postqvam ipse eam damnavit, videre nolui (v. init. præf. ed. alt., Lips. 1843: „qvum abhinc annos novem emendatos hos libros edere voluisse, magis multo qvam fuerant ante depravatos edideram”), recte intellexit, codicem *c* illamque familiam non sine men-

**Dis esse et interpolationibus, sed tamen s̄epissime propriam et veram scripturam servasse; prudenti iudicio Nonii auctoritatem funditus labefactavit, eoq̄e multa re vera emendavit; sed satis imprudenter vel etiam temere interdum partim conjecturæ indulxit, partim codicum scripturam absurdâ pertinacia tutatus est, partim libidini alicui ita adhæsit, ut oculorum acies prorsus obscuraretur\*).**

---

\* ) Tantum momentum, ut hoc primum ponam, tribuit sono, ut eius caussa etiam verbis Ciceronis vim afferat, quasi certum sit, quidquid ipsi de vocibus „sono expressis, de vocabulis exprimendis vel sono efferendis” placuerit (v. I, 18, 21, 55, 65, 92, 147, 152 cett.; II, 36 statuit, „haud semper sono elato ex imo pectore profecto exprimi”; ibd. 50 loquitur de sono grammatico et logico, 63 de arsi et thesi;” III, 86 „vis orationis et stomachus” structuram verborum postulat certain; ibd. 105 habetur ratio „tranq̄illitatis animi” et „commotioris animi” in distinguendis formis, qvæ sunt: non modo non, sed ne-qvidem et non modo-, sed ne-qvidem). Similiter inepta subtilitate differentiam statuit formarum, inter qvas nihil omnino interest, sed qvæ in omni sermone libere variantur: velut I, 20 beneficentia et beneficiantia, qvarum formarum illa maiorem, haec minorem vim habeat, esr. not. ad II, 53; I, 38 ait, in vulgari sermone *cive*, in elatiore vel graviore cividici; in quietiore oratione hoc, in commotiore illud, velut I, 48 nonne et an; III, 17 si qva et si qvæ; I, 46 vir bonus et bonus vir; tempori non tempore III, 58 propter calorem qvendam orationis; III, 16 -ve habere despicientiam cett. Interdum monstra scripturæ excogitavit, velut I, 109 nec non Xenocratem qvidem, qvod dicit idem esse atq̄e: „ac Xenocratem qvidem”, modo fortius; III, 32 *humanitas communis corporis*, „die Menschlichkeit des Staatskörpers”; ibd. 64 *recte iustum virum bonum*, ipso interprete: „den ganz rechten vir bonus”; qvod „egregium” putat; ibd. 74 hunc au dico patronum — „ach ich meine diesen Beschützer, leider spreche ich von diesem Beschützer des Picenischen und Sabinischen Gebietes”. Etiam falsæ in-

Hoc autem de codice c iudicium verum esse magis confirmatum vidi auctoritate I. N. Madvigii, qui summus nostrae ætatis criticus non modo plurimas emendationes meas assensu suo comprobavit, per litteras a me rogatus, ut sententiam suam de iis rebus, quæ mihi dubiæ viderentur, declararet, (unde mihi spes haud parva est, reliquias quoque mutationes a me factas non vanas aut temerarias esse), sed etiam amice mecum communicavit, quidquid ipse ad emendationem aut interpretationem horam librorum notaverat, præter coniecturas nonnullas certissimas, quas non dubitavi in usum meum vel potius Ciceronis convertere. In iis igitur, quæ talia erant, ut auctoritate nominis clarissimi confirmari deberent, Madvigii nomen non omissendum esse existimavi; in iis vero, quæ aut certiora erant aut minora, nomen eius non posui. Neque enim hac condicione vivimus, ut sollicite suum cuique retinendum sit, neque hæc est gloria viri illius, ut paucis aut additis augeri aut demptis minui possit.

Jam ad singula veniamus. Primum ea videamus,

---

interpretationis pauca afferam exempla, velut I, 99 reverentia adversus homines et optimi cuiusque et reliquorum: ubi genitivos non obiecti, sed subiecti esse vult. I, 104 alter ne libero quidem ὁ: „nicht einmal eines solchen (würdig), der ein zügelloses Leben führt. I, 151 quibus autem artibus aut prudentia maior inest aut non mediocris utilitas queritur, ubi statuit: „quum ablativus sit artibus, non dativus pendeatque artibus non ex inest, sed ex queritur, nullam in his esse offenditionem.” — Hæc paullo pluribus commemoravi, ne quis deceptus specie veritatis propter ea, quæ in libro illo vera sunt, etiam aliquid subesse putet, ubi nihil nisi mera commenta editoris adsint. Zumptii quoque errores non paucos a me in commentario evitatos esse apparebit comparanti notas ad I, 11, 44, 129; II, 4, 30, 45, 71; III, 39 præter alia.

qvæ lenissima medicina sananda erant, ordine meliore verborum ex codicibus optimis restituendo. Hæc non pauca erant; sed ne tedium cuiusq;am minutis enumerandis moveam, exempla nonnulla sufficient. Lib. I, 2 hoc arroganter, 17 est adhibenda, 20 splendor est maximus, 46 bonum virum (Stürenburgii spinosa subtilitate non egemus), 62 non modo enim et 63 non, inquit, solum: utrumq;e sane insolitum est; sed vix tamen cautum est cum Zumptio ordinem inverteret; nam qvod is scripsit: non enim modo, ne hoc qvidem in usu esse videtur; cfr. autem talia, quale est: sic qvoq;e etiam et similia Ciceroni haudq;vaq;am inusitata. 64 nullum enim est, 81 etiam vitam, 86 etiam pestifera: neq;e enim hoc solum verbum sonum gravissimum habet, 104 igitur est, 113 se esse (cod. c), 115 ipsi autem qvam personam gerere velimus: hanc structuram verborum, qvam necessario postulat forma enunciationis interrogativa, præbet idem cod. c., 127 itaq;e nec actio rerum illarum aperta, 131 cavendum autem est, 153 ut in illo ipso forensi genere, II, 5 qvid enim est, per deos, optabilius. Sed hæc sufficient, unde satis appareat, in hac qvoq;e re non pauca emendanda ab editoribus superioribus relecta esse. Nonnulla iam emendavit Orellius, alia alii. Zumptius tamen nimis vulgato ordini ex deterioribus fontibus a primis editoribus constituto adhærescere videtur.

Alia res non ita magna, sed qva multa depravari rursusq;e in meliorem formam redigi possunt, est interpungendi ratio, qva non pauca ab aliis iam emendata sunt, alia a me emendata esse

spero. Exempla hæc ponantur. I, 14 qvid sit ordo, qvid sit qvod deceat in factis dictisqve, qvimodus. Primus, qvod sciam, ita scripsit Stürenburgius, et vere sine dubio, sicut idem 21 qvia suum cuiusqve fit, eorum, qvæ — fuerant communia, qvod cuiqve obtigit, id qvisqve teneat. 44 qvod, qvi benigniores volunt esse —, primum in eo peccant —: sic iam Orellius, nam qvod caussam simpliciter indicat. Male h. I. Zumptius qvod artius cum pronomine iungens („wer nämlich”), qvoniam exspectari poterat enim, non qvod, ad artis suee grammaticæ § 806 provocat, ubi uno tenore qvodqvi scribere non dubitavit. Sed hoc numquam, opinor, sit, ut qvodqvi eodem modo ponatur atque qvod si, qvod ubi, alia: neqve facile coniungens illud qvod ad subiectum relatum reperias. Locus Cic. orat. Philipp. X, § 10 fortasse meliore interpungendi ratione et ipse sanari potest. 153 Hæc paragraphus misere depravatus est interpunctione. Nam post hæc: hoc argumento confirmari potest, qvibus verbis novum argumentum profertur, poni non potest qvod si, sed postulabatur simplex si; cfr. locus II, 70, ubi similiter erratum est ab Olshausenio et Orellio; sed emendatus est a Madvigio Opusc. Acad. II, p. 234 (videndumqve illud est, qvod, si opulentum fortunatumqve defende-ris, in uno illo aut si forte in liberis eius manet gratia), eamqve emendationem habent iam Zumptius et Stürenburgius. Nostro autem loco hæc iungenda sunt: hoc argumento confirmari potest, qvod, si contigerit — contempletur, tamen — excedat e vita. Vocabulum qvamvis

errore adiectum ob eamque causam omittendum esse, iam alii viderunt, neque iure defensor eius exstitit Stürenburgius. Si deinde, ut iubent codices, scribitur: **ut omnium rerum affluentibus copiis,** cum codd. omissa quod vulgo additur in, tum ea sententia, quae his verbis incipit: **princepsque omnium virtutum —,** non finitur verbis: illa autem sapientia —, quum neque ex iis quae praecedunt neque ex nexu tale quid exspectetur; neque definitio est, sed affirmatio nova, ea officia, quae ex communitate ducantur, maioris momenti esse, quam quae ex cognitione ducantur. Præterea post parenthesin sententia primaria continuari non potest his: illa autem —, sed hæc aperte pertinent ad observationem insertam, indicantem, quae commmoretur sapientia tamquam princeps omnium virtutum. Parenthesi igitur usque ad hæc: **societas inter ipsos extenta,** oratio ita describenda est: **Princepsque omnium virtutum illa sapientia,** quam σοφίαν Græci vocant — (prudentiam enim, quam Græci φρόνησιν, aliam quandam intelligimus, quæ est rerum expetendarum fugiendarumque scientia, illa autem sapientia, quam principem dixi, rerum est divinarum et humanarum scientia, in qua continetur deorum et hominum communitas et societas inter ipsos —) ea, si maxima est, ut est, certe necesse est, quod a communitate ducatur officium, id esse maximum. Ceterum patet, Ciceronem ut alibi, ita hoc quoque loco, initio relicto (**Princepsque omnium virtutum sapientia**) ea quæ seqvuntur (ea si maxima est —) adiunxisse proxime antegressæ

observationis parti, ita ut sententia primaria et secundaria non certo distingvi possint parenthesi, qvum continuatio sententiæ primariæ adnectatur parenthesi eamque continuet. Significavit iam hoc Madvigius, cuius hæc sunt verba ad Cic. de Fin. III, 35 p. 408: „in libro de Off. I, 153 eadem prorsus est forma orationis, qvam hoc loco declaravi. Incipit Cicero de sapientia dicere; interiicit admonitionem de prudentia; huic ipsi admonitioni et prudentiæ definitioni ex contrario (illa autem sapientia) sapientiæ definitio adiungitur; huic adnectitur, non ad initium redit primaria sententia: ea si maxima est —, ipsum initium orationis: Princepsque — nusquam grammaticè absolvitur. Qui in verbis: illa autem — eo rediri putant, illi statuunt, ab initio Ciceroni tamqvm primarium propositum fuisse hoc loco sapientiam definire. At omnis eius oratio eo spectat, ut ostendat, etiam ex sapientiæ notione seqvī, ut communitatis officia maxima sint.” — Sed hæc hactenus. Infra una alterave emendatio eiusdem generis in transcurso indicabitur, v. c. ad III, 14. Satis enim ex his iam locis, qvanti momenti sit iusta interpungendi ratio, intelligi confido.

Deinde commemoranda sunt, qvæ ex codicibus maximeqve ex codice c emenda sunt aut ab aliis primum, deinde a me repetita; aut primum a me evocata, interdum svadente, interdum approbante Madvigio. Ubi ex cod. c solo auxilium petitum est, hoc plerumqve nomine codicis apposito indicavi\*). Qvum

\*) Si cui videbor in iis, qvæ seqventur, nimis me huius codicis auctoritati addixisse, meminerit, me ea modo commemo-

vero textum pararem, qvi in manus iuventutis scholasticæ traderetur, id unice agendum esse duxi, primum ut scripturam codicum testimoniis quam certissime confirmatam darem; ubi hoc parum liceret, ut talem, qvi maximam verisimilitudinem haberet facilemque intelligentiam; signa autem, qvibus utuntur critici, lacunarum, interpolationis, incertæ aut dubiæ scripturæ quam maxime effugerem. Hoc loco si plenius et copiosius exposuero, qvæ mutanda et recipienda duxerim, facilius erit iudicium aliorum; qvomodo critici muneri satisfecerim.

Lib. I, 2 utriqve Socratici et Platonici. 3 qvi iam illis fere se æquarunt: ita cum Zumptio scripsi ex codice c; constat enim neqve Ciceronem neqve qvemquam eiusdem aut subsequentis ætatis scriptorem hoc verbum cum dativo iunxisse; cfr. notam Zumptii. 5 pervertant dedi cum Orellio ex optimis codd., Zumptius pervertunt. Constat, ex lege grammatica utrumqve per se recte dici; sed hoc loco etiam idcirco aptior videtur coniunctivus, qvod disciplinæ illæ non nominantur postea, sed modo describuntur. 6. seqvemur igitur hoc qv. temp. (cod. c); neqve obstat, ut putat Stürenburgius, qvod additur hoc qvidem tempore, nam tota qvæstio, sicut statim post dicitur, de officio futura est, et sequitur hauriemus. 7 superioris generis huius modi exempla sunt: sunt h. l. male et præter morem Ciceronis omittunt codices (excepto c), cfr.

---

rare, ubi is ceteris præstare videtur, minime ignorantem, eum, quamvis sit præstantissimus, certis tamen nævis maculari, v. c. semper fere tum-tum pro cum-tum præbentem, all.

20 cuius partes duæ, ubi similiter addendum est sunt. **ibid.** num qvod officium, qvod recte recepit Stürenb., licet Orellius attulerit locos, ubi exstet „numquid”. Neqve satis caute Zumptius ait numquid esse idem atqve num. Eam autem ob caussam videntur editores numquid adverbialiter positum prætulisse, qvod seqvitur aliud adiective; sed si quid video, aliud alio non prohibet, qvin adiectivum aut pronomen præcedat. 8 hoc autem commune officium *καθῆκον* vocant. Hic Zumptius rursus neglexit cod. c, ex aliis deterioribus fontibns sumpsit: commune officium vocant. Qvum Cicero sic scribere debuisse: „hoc autem commune *καθῆκον μέσον* vocant”, sed et Stoici sæpenumero et eam ob caussam Cicero quoqve, nisi fallor, *καθῆκον* simplex pro eo qvod est *καθῆκον μέσον* posuerent, vocant autem, qvod ad Græcos referendum est, necessario verbum Græcum postulet, scriptura codicis c vera iudicanda est. Voc. officium abest illud quidem ab iis codd., ubi adest voc. Græcum, sed minime offendit repetitum, et probabiliter ab iis electum est, qui Græcum nomen desiderantes *καθῆκον* in eius locum intruserant. Contra fieri sane potest, ut officium ex depravato Græco verbo ortum sit; qvamvis hoc ego vix crediderim. cfr. Stürenb., qvi et ipse tutatur officium. 9 nam aut honestumne factu sit: inserui aut, qvod exstat in omnibus fere codd., etsi eo oritur anacoluthia levis; sed apud Ciceronem frequenter aut initio positum deinde alia forma excipitur, ut h. l.: tum autem —, postremo: tertium dubitandi genus = aut-aut-aut. Etsi molestum semper est anacoluthiæ formam recipere maxime in iis, qvæ

20 cuius partes duæ, ubi similiter addendum est sunt. **ibid.** num qvod officium, qvod recte recepit Stürenb., licet Orellius attulerit locos, ubi exstet „numquid”. Neqve satis caute Zumptius ait numquid esse idem atqve num. Eam autem ob caussam videntur editores numquid adverbialiter positum prætulisse, qvod seqvitur aliud adiective; sed si quid video, aliud alio non prohibet, qvin adiectivum aut pronomen præcedat. 8 hoc autem commune officium *καθῆκον* vocant. Hic Zumptius rursus neglexit cod. c, ex aliis deterioribus fontibns sumpsit: commune officium vocant. Qvum Cicero sic scribere debuisse: „hoc autem commune *καθῆκον μέσον* vocant”, sed et Stoici sæpenumero et eam ob caussam Cicero quoqve, nisi fallor, *καθῆκον* simplex pro eo qvod est *καθῆκον μέσον* posuerent, vocant autem, qvod ad Græcos referendum est, necessario verbum Græcum postulet, scriptura codicis c vera iudicanda est. Voc. officium abest illud quidem ab iis codd., ubi adest voc. Græcum, sed minime offendit repetitum, et probabiliter ab iis electum est, qui Græcum nomen desiderantes *καθῆκον* in eius locum intruserant. Contra fieri sane potest, ut officium ex depravato Græco verbo ortum sit; qvamvis hoc ego vix crediderim. cfr. Stürenb., qvi et ipse tutatur officium. 9 nam aut honestumne factu sit: inserui aut, qvod exstat in omnibus fere codd., etsi eo oritur anacoluthia levis; sed apud Ciceronem frequenter aut initio positum deinde alia forma excipitur, ut h. l.: tum autem —, postremo: tertium dubitandi genus = aut-aut-aut. Etsi molestum semper est anacoluthiæ formam recipere maxime in iis, qvæ

tironibus tradenda sunt, pertinet tamen hoc ad ea, quæ nemo criticus religiosus recusare potest. Huc adeedit, quod non facile in partitionis prima parte significatio partitionis (particula aut) omittitur. **11** quæ sint ad vivendum necessaria: ita scripsi cum Zumptio, non modo quod codices deterioris familiæ hoc præbent (nam in talibus, qualia sunt hæc: sint et sunt, non magni habenda est auctoritas codicium, v. III, 69), sed etiam propter id, quod prægreditur, videantur, quum hæc duo plane eadem ratione enuncientur. Alia omnino est ratio eorum, quæ paullo post seqvuntur, verborum: cura quædam eorum, quæ procreata sunt; cfr. 12 amorem in eos, qui procreatis sunt. **14** conservanda svadente Madvigio recepi, quod hoc ex iis, quæ huc in codicibus variantur, primum scriptum fuisse probabile est. **ibid.** tamen honestum sit cum Zumptio ex bonis codd. prætuli Orelliano est; coniunctivus enim fere necessarius est in forma hypothetica; cfr. Zumpt. ad h. l. 19 audivimus; etsi enim Orelliana scriptura audimus probari potest ex præcepto illo ab Henrichsenio ad Cic. de orat. p. 185 proposito, tamen præteritum quoque tempus in hac verborum iunctura usitatum est; quare nihil contra codices mutandum. **21** si quis sibi appetet; et paullo post cum omnibus codd. omisi verba [partem parentes]. **27** consulto et cogitato (cod. c), quod præstat vulgato cogitata, quod extat in plerisque codd., et cogitate probatum Orellio ex incertis testimoniis. V. Madvig. ad Cic. de fin. p. 696. **28** expetant-soleant, etiam ex præcepto gramm. **ibid.** recepi emendationem Stürenburgii probatam Madvigio, par-

tim ex omnibus codd., partim ex solo c petitam: Nam alterum iustitiae genus assequntur, in inferenda ne cui noceant iniuria (ita omnes codd.), in altero delinqunt (cod. c). Qvod vulgo legitur in alterum incident, omnino perversum est, si praeceedit: alterum genus assequntur; cfr. nota Stürenb. Deinde legendum: qvos tueri debent, postulantibus et codd. et grammatica. 29 nec facere cuiquam videantur iniuriam: ita ex cod. a auctore Madvigio scripsi. Volgatum ne consilium indicat sententiæ minus aptum. 32 nec si plus tibi ea noceant. 33 cum utr. sep. locutum, ne cupide qvid agerent. 36 patiatur (cod. c.), concinnitatis caussa propter obliget; quamquam imperfectum utrobiique legitimum erat. 41 qvi tum, qvum maxime fallunt: ita codd. optt. utriusque familiæ, et vis sententiæ expressa est in significatione temporis. 43 L. Sullæ, G. Cæsar is, sydentibus Beiero, qvi confert H, 59 Cotta, Curio, et Madvigio. **ibid.** nihil est enim. 47 diligamus; indicativus ferri nequit. 48 temeritate quadam sine iudicio, vel morbo in omnes; ita cum Zumptio et Stürenb. scripsi ex codd. deterioris familiæ; v. eorundem v. v. d. d. notæ, qvibus nihil habeo qvod addam. 50 natura (cod. c); reliqui, qvibuscum facit Zumptius, naturæ. 51 omnium autem communia hominum videntur ea: sic recte Zumptius pro vulg. omnia ex cod. c scripsit. In proverbio enim hoc solum erat, amicorum esse communia omnia; cui sententiæ hic opponitur: omnium autem hominum —. Omnia si scripsisset Cicero, non primo loco posuisset, sed potius postremo

tim ex omnibus codd., partim ex solo c petitam: Nam alterum iustitiae genus assequntur, in inferenda ne cui noceant iniuria (ita omnes codd.), in altero delinqunt (cod. c). Qvod vulgo legitur in alterum incident, omnino perversum est, si præcedit: alterum genus assequntur; cfr. nota Stürenb. Deinde legendum: qvos tueri debent, postulantibus et codd. et grammatica. 29 nec facere cuiquam videantur iniuriam: ita ex cod. a auctore Madvigio scripsi. Volgatum ne consilium indicat sententiæ minus aptum. 32 nec si plus tibi ea noceant. 33 cum utr. sep. locutum, ne cupide qvid agerent. 36 patiatur (cod. c.), concinnitatis caussa propter obliget; quamquam imperfectum utrobiique legitimum erat. 41 qvi tum, qvum maxime fallunt: ita codd. optt. utriusque familiæ, et vis sententiæ expressa est in significatione temporis. 43 L. Sullæ, G. Cæsar is, sydentibus Beiero, qvi confert H, 59 Cotta, Curio, et Madvigio. **ibid.** nihil est enim. 47 diligamus; indicativus ferri nequit. 48 temeritate quadam sine iudicio, vel morbo in omnes; ita cum Zumptio et Stürenb. scripsi ex codd. deterioris familiæ; v. eorundem v. v. d. d. notæ, qvibus nihil habeo qvod addam. 50 natura (cod. c); reliqui, qvibuscum facit Zumptius, naturæ. 51 omnium autem communia hominum videntur ea: sic recte Zumptius pro vulg. omnia ex cod. c scripsit. In proverbio enim hoc solum erat, amicorum esse communia omnia; cui sententiæ hic opponitur: omnium autem hominum —. Omnia si scripsisset Cicero, non primo loco posuisset, sed potius postremo

(communia autem hominum sunt omnia). — **paullo post:** præcipit (Zumpt. ex codd. optt.) pro vulgato præcipitur; verba enim scriptoris indicant, qvid sit qvod præcipiat Ennius, non qvid in universum præcipiatur. 56 ultiro et citro datis accep-tisqve. Fallitur Beierus; cfr. Osenbrügg. Rose. Am. § 60; Seyffert Læl. § 85; Hand. Turs. II, p. 86 sq. 61 animo magno elatoqve humanasqve res despiciente. Minime offendit duplex-qve, nam prius magno et elato in unum coniungit, deinde huic compositæ notioni pari ratione nova significatio altero-qve additur. 67 splendor omnis, ampli-tudo, addo etiam utilitatem; in hac forma orationis et inter duo priora verba necessario, opinor, abesse debet. 69 removerint-perfugerint. 76 Lacedæmoniis. 81 etsi optimum sit. 85 qvi-bus commissa. Qvod Zumptius h. l. ex uno cod. deteriore adiecit est, hoc minime necesse esse vide-tur, qvum ex prægresso sunt facile audiri possit est. 88 castigat: fatigat est error scribentis in codice Nonii, cfr. similis error eius Cic. de. fin. IV, 50 conjecturarum pro eo qvod est consecta-rium. Contra Off. III, 73 omnes codices præbent fagitandi; ubi similiter atqve h. l. mihi opus esse videtur scribere castigandi; neqve enim Cicero neqve alius qvisquam bonus Latinitatis auctor verbum fatigandi ita posuit. Sed qvum nemo verbum illud ibi mutare ausus sit, ego qvoqve qvamvis nolens intactum reliqui. 90 superiores simus. 91 his-qve maior etiam: alii iisqve; sed qvum hæc varietas scripturæ qvavis fere paragrapho redeat, editoresqve magno opere dissentiant, codicum aucto-

ritas autem in talibus prorsus nulla sit, hanc rem in posterum tacito prætermittere in animo est. Singulis locis iudicium aliorum meumque ipsius secutus sum. cfr. II, 24 ibique Stürenb. 92 pareat (vulg. pateat). 99 sed etiam omnino dissoluti. 104 si rerum turpitudini adhibetur verborum obsecenitas; particulam aut codices non habent. 108 in L. Crasso, L. Philippo (cod. c), cfr. supra 43. **ibid.** præripere, „neque enim solet imperatoris quamvis excellantis esse præcipere etiam hostium consilia; est vero præripere o: summa celeritate consiliis prævenire.” Stürenb. 109 **præfectus classis.** **ibid.** in Catulo et patre et filio: ita cod. c, ceteri uno aut altero loco in omittunt, solus b præpositionem ter repetere videtur. 111 qui notus est nobis. 114 seqvamur. 116 seqvantur (cod. c). 119 excellente. 120 fortuna non nunquam tamquam ipsa mortalis. **ibid.** diluere: hoc loco editores omnes, quod sciam, uno Stürenburgio excepto, contra consentiens codicum testimonium scripserunt dissuere, propter locum illum Lælii c. 21, credo, ubi opponuntur sibi dissuendæ et discindendæ, quasi Cicero semper eodem verbo usus sit. Illic paullo ante legitur eluendæ eodem sensu atque h. l. diluere, neque addidisset scriptor sensim, si verbum ipsum haberet significationem rei paullatim agendæ. Diluere significat: dissolvere, laxare, debilitare; v. Gell. XII, 1. Seyffert. comment. Læl. p. 457 sq. alia est sententia. 125 sin autem accessit, v. Madvig. præf. Cat. et Læl. p. XIX, ad Cic. de fin. p. 690, Opusc. Acad. II, p. 282. Præter Stürenburgium nemo editorum veritatem illius observationis agnovit; cfr.

ritas autem in talibus prorsus nulla sit, hanc rem in posterum tacito prætermittere in animo est. Singulis locis iudicium aliorum meumque ipsius secutus sum. cfr. II, 24 ibique Stürenb. 92 pareat (vulg. pateat). 99 sed etiam omnino dissoluti. 104 si rerum turpitudini adhibetur verborum obsecenitas; particulam aut codices non habent. 108 in L. Crasso, L. Philippo (cod. c), cfr. supra 43. **ibid.** præripere, „neque enim solet imperatoris quamvis exellentis esse præcipere etiam hostium consilia; est vero præripere o: summa celeritate consiliis prævenire.” Stürenb. 109 præfectus classis. **ibid.** in Catulo et patre et filio: ita cod. c, ceteri uno aut altero loco in omittunt, solus b præpositionem ter repetere videtur. 111 qui notus est nobis. 114 seqvamur. 116 seqvantur (cod. c). 119 exellente. 120 fortuna non nunquam tamquam ipsa mortalis. **ibid.** diluere: hoc loco editores omnes, quod sciam, uno Stürenburgio excepto, contra consentiens codicum testimonium scripserunt dissuere, propter locum illum Lælii c. 21, credo, ubi opponuntur sibi dissuendæ et discindendæ, quasi Cicero semper eodem verbo usus sit. Illic paullo ante legitur eluendæ eodem sensu atque h. l. diluere, neque addidisset scriptor sensim, si verbum ipsum haberet significationem rei paullatim agendæ. Diluere significat: dissolvere, laxare, debilitare; v. Gell. XII, 1. Seyffert. comment. Læl. p. 457 sq. alia est sententia. 125 sin autem accessit, v. Madvig. præf. Cat. et Læl. p. XIX, ad Cic. de fin. p. 690, Opusc. Acad. II, p. 282. Præter Stürenburgium nemo editorum veritatem illius observationis agnovit; cfr.

§ 151 contulit. 125 inqvirere: anqviro enim videtur magis solliciti et cariosi, inqviro investigantis esse. 128 qvi reprehendunt et irrident, qvod ea, qvæ turpia non sint: ita codd. omnes, nisi qvod c inter qvæ et turpia interponit re; sed nulla caussa est, cur hoc addatur, oppositio enim perse satis elucet, et coniunctivus iure locum suum obtinet a Zumptio qvoqve et Stürenb. non neglectus. Sed cur nominibus ac verbis scribendum putent iidem viri docti, non video. **ibd.** illa autem qvæ turpia sint: coniunctivus æqvalitatis et concinnitatis caussa necessarius est et extat in optimo cod. c. 130 eadem ratio est habenda vestitus. 131 anhelitus movetur, ex cod. c., svadente Madvigio. 137 nec constanter fieri possunt nec iis qvi adsunt probari (cod. c.); in codd. deter. fam. legiturnec ab iis—. 140 magnificentiam sunt imitati (cod. c.). 143 et harum similibus virtutibus. 144 convivio dignum aut delicatum aliquem inferre sermonem (cod. c., ceteri codd. digna, qvod nimis incertum est). 147 qvæ de caussa sentiat; cum cod. c., svadente Madvigio omisi qvisqve, qvod in ceteris codd. est. **ibd.** et secum et ab aliis: ita ex'cod. a, probante eodem Madvigio scripsi; postulat enim sententia, ut sic scribatur. 151 ut sæpe ex alto in portum, sic ex ipso portu (cod. c.). 153 rerum est divinarum et humanarum scientia. 157 apium pro vulg. apum.

Lib. II, 8 qvod hoc ipsum probabile elucere non posset, nisi-esset facta contentio. Etsi omnes fere editores legunt possit, ratio

§ 151 contulit. 125 inqvirere: anqviro enim videtur magis solliciti et cariosi, inqviro investigantis esse. 128 qvi reprehendunt et irrident, qvod ea, qvæ turpia non sint: ita codd. omnes, nisi qvod c inter qvæ et turpia interponit re; sed nulla caussa est, cur hoc addatur, oppositio enim perse satis elucet, et coniunctivus iure locum suum obtinet a Zumptio qvoqve et Stürenb. non neglectus. Sed cur nominibus ac verbis scribendum putent iidem viri docti, non video. **ibd.** illa autem qvæ turpia sint: coniunctivus æqvalitatis et concinnitatis caussa necessarius est et extat in optimo cod. c. 130 eadem ratio est habenda vestitus. 131 anhelitus movetur, ex cod. c., svadente Madvigio. 137 nec constanter fieri possunt nec iis qvi adsunt probari (cod. c.); in codd. deter. fam. legiturnec ab iis—. 140 magnificentiam sunt imitati (cod. c.). 143 et harum similibus virtutibus. 144 convivio dignum aut delicatum aliquem inferre sermonem (cod. c., ceteri codd. digna, qvod nimis incertum est). 147 qvæ de caussa sentiat; cum cod. c., svadente Madvigio omisi qvisqve, qvod in ceteris codd. est. **ibd.** et secum et ab aliis: ita ex'cod. a, probante eodem Madvigio scripsi; postulat enim sententia, ut sic scribatur. 151 ut sæpe ex alto in portum, sic ex ipso portu (cod. c.). 153 rerum est divinarum et humanarum scientia. 157 apium pro vulg. apum.

Lib. II, 8 qvod hoc ipsum probabile elucere non posset, nisi-esset facta contentio. Etsi omnes fere editores legunt possit, ratio

tamen grammatica, cui non refragantur codd. opt., postulat imperfectum; monstrat enim esset, Ciceronem hic ut saepe a praesenti disputatur cogitatione transire ad Stoicos preteriti temporis, eorumque placita referre. 10 haec tria genere confusa (cod. c): ita legendum, ut appareat oppositio unitatis rei et distinctionis logicæ cogitatione factæ; neque enim re vera tria sunt genera, sed tria sive tres partes sive loci, quibus res proposita est, cfr. § 60. 18 iis, quibuscum congregemur. 23 quem metuunt, oderunt. **ibid.** quantum odium hominum valeat ad pestem (cod. c). 27 locupletum. 29 in has clades incidimus, dum malum us. Contra Zumptius et Stürenb. non minore fere codicum praesidio adiuti scripserunt maluimus. Utrumque dicitur. Eqvidem praesens praetuli, v. Madv. Gram. Lat. § 336 b, n. 2. Stürenb. nimis præfracte, ut solet, tempus praesens ferri posse negat. 36 quæ ad gloriam pertinent. 46 gratiories, quod exstat in omnibus codd., Zumptius temere in graviores mutavit; neque enim aptum est graviores, v. Beier. ad h. l. et cfr. § 66 init. gravior facultas et gratior et ornatiōr, ubi Lambino auctore, Madvigio probante eleci gravior. At hoc quoque loco Zumptius Beierum seqvens, nulla auctoritate, gravior electo, seqvens gratior rursus in gravior mutans sic scribit: facultas gravior et ornatiōr. Eqvidem codicum scripturam utrobiique unice veram esse arbitror. **ibid.** Prima igitur commendatio proficiscitur a modestia, tum pietate in p. —: hic quoque codices seqvor, Zumptio duce, probante Madvigio. Respondet enim tum praecedenti prima:

primum ponitur modestia, deinde pietas et benevolentia. Orellius paruit enixe svadenti Beiero scribens cum, qvol Stürenburgius qvoqve tuetur affirmans, tum pietate dici non posse pro eo qvod est: tum a pietate. Cui credere nolim. 47 ut de Demosthene accepimus. 49 et apud iudices et apud populum et apud senatum: ex cod. c addenda erant hæc: et apud populum. Caussas, cur ita scribendum esset, satis graves attulit Stürenb. **ibd.** ex accusatione et ex defensione. 53 dein. **ibd.** Bene ministrum et præbitorem, qvia sordidum regi. Ita recte Orellius ex cod. c. Aut enim hæc scriptura adoptanda videtur aut ceterorum codicem: sed ministrum et præbitorem putent? qvo qvid sordidius regi. Sententia hæc est: Philippus bene usus est nomine ministri et præbitoris, qvoniam id, qvod reprehendit, non minus sordidum erat, qvam ipsa hominum illorum condicio. 58 qvod in caritate asse modium populo dedit: omissio annonæ. 60 qvod vulgo legitur et tamen ipsa cedere debet probabili codd. optt. scripturæ tum ipsum, iure Zumptio et Stürenburgio probatæ; cfr. Madvig. ad Cie. de fin. p. 256. 62 non, ne affligantur. 63 hanc ergo consuetudinem: ita codd. optt.; cfr. Cic. Cato m. § 47 ibique Madvig. Mirum profecto est, editoribus pluris esse auctoritatem Lactantii vel Nonii in verbis Ciceronis constituendis qvam codicum ipsius Ciceronis. 64 nimirum est pecuniae fructus maximus. Zumptius omittit is; Beierus „male, inquit, omittunt“. Ego in talibus codices seqvendos puto; cfr. infra § 78 et III, 54. 66 dicendi facultas et gratiæ et ornatiæ, v. ad

**46.** 68 qvacumqve possis. Loci ab Orellio citati nihil valent. **70** in uno illo aut si forte in liberis (cod. c), elegantissime, ut Orellio qvidem videtur. Zumptius tamen si omisit; sed hac particula sine dubio opus est, qvum aliter forte intelligi nequeat. Usus loqvendi satis constat, v. Cic. de orat. III, 12, 47; ad Qv. fr. I, 2, 7; ad Att. XIV, 13, 2; pro Milon. 101; Lucret. V, 719; cfr. Garaton. ad Cic. pro Mil. p. 329 ed. Or. **73** capitalis oratio ad æqvationem honorum pertinens (cod. c). **ibid.** tenerent cur iubente Zumptio cum tuerentur commutetur, nulla est caussa. **74** malo enim qvam nostræ ominari: sic recte Orellius scripsit in magna codicum discrepancia; docuit enim Stürenb. ad h. l., citatis locis qui sunt Cic. de fin. II, 61 et ad fam. III, 10, 1, sic a Cicerone dictum esse, nullo dativo adiecto, qvod nec suæ nec alienæ rei publicæ ominari vult; „sed mavult sic dicere, ut dixit, qvam suæ ominari.” **ibid.** neqve tamen de nostra, sed —: etsi h. l. durum et insolitum est tamen, retinendum tamen cum Zumptio duxi potius qvam cum Orellio scriberem neqve tantum. V. not. Zumptii. **ibid.** qvæ sunt ad victum necessariæ (cod. c). **75** si qvidem in illo tantum fuit (cod. c). Qvod Zumptius ex omnibus deterioris familie codicibus addidit roboris, hoc non convenit; neqve enim de eo agitur, sed hoc potius dicitur: „si tanti momenti vel tantæ gravitatis fuit.” **77** principibus et rem publicam gubernantibus. **79** at vero ille qui accepit iniuriam (cod. c). **81** eos-egere ini- vissimum arbitrabatur et — possessiones moveri non nimis æqvum putabat. Ita recte

**46.** 68 qvacumqve possis. Loci ab Orellio citati nihil valent. **70** in uno illo aut si forte in liberis (cod. c), elegantissime, ut Orellio qvidem videtur. Zumptius tamen si omisit; sed hac particula sine dubio opus est, qvum aliter forte intelligi nequeat. Usus loqvendi satis constat, v. Cic. de orat. III, 12, 47; ad Qv. fr. I, 2, 7; ad Att. XIV, 13, 2; pro Milon. 101; Lucret. V, 719; cfr. Garaton. ad Cic. pro Mil. p. 329 ed. Or. **73** capitalis oratio ad æqvationem honorum pertinens (cod. c). **ibid.** tenerent cur iubente Zumptio cum tuerentur commutetur, nulla est caussa. **74** malo enim qvam nostræ ominari: sic recte Orellius scripsit in magna codicum discrepancia; docuit enim Stürenb. ad h. l., citatis locis qui sunt Cic. de fin. II, 61 et ad fam. III, 10, 1, sic a Cicerone dictum esse, nullo dativo adiecto, qvod nec suæ nec alienæ rei publicæ ominari vult; „sed mavult sic dicere, ut dixit, qvam suæ ominari.” **ibid.** neqve tamen de nostra, sed —: etsi h. l. durum et insolitum est tamen, retinendum tamen cum Zumptio duxi potius qvam cum Orellio scriberem neqve tantum. V. not. Zumptii. **ibid.** qvæ sunt ad victum necessariæ (cod. c). **75** si qvidem in illo tantum fuit (cod. c). Qvod Zumptius ex omnibus deterioris familie codicibus addidit roboris, hoc non convenit; neqve enim de eo agitur, sed hoc potius dicitur: „si tanti momenti vel tantæ gravitatis fuit.” **77** principibus et rem publicam gubernantibus. **79** at vero ille qui accepit iniuriam (cod. c). **81** eos-egere ini- vissimum arbitrabatur et — possessiones moveri non nimis æqvum putabat. Ita recte

Orellius ex cod. c. Zumptius quum scriberet movere, non animadvertisit, eos subiectum esse verbi egere; ad movere igitur, si ita legeretur, aliud cogitandum subiectum. Qvare concinnius est moveri. 84 ut totum hoc malum (cod. c, ceteri codd. meliores hoc tantum). ibd. at vero hic nunc victor, tum quidem victus, quae cogitarat, quum ipsius intererat, ea perfecit, quum eius iam nihil interesset. Recepit inter verba Ciceronis, svadente Madvigio, ex cod. c haec verba: quum ipsius intererat.

Lib. III, 1 cum qui primus Africanus appellatus est: potius ita scribendum videtur quam sit, quoniam est in observatione ceterae orationi inserta. Codicum nulla omnino in hoc est auctoritas, quum perpetua sit confusio formarum est (-st) et sit. 2 sed nec hoc otium —: Zumptius hic cum cod. c scripsit nec, sed § 4 idem contra codd. scripsit neque, propter Nonii testimonium, quod in talibus nullius est momenti. 3 Ita qui in maxima —: sic dedi cum Zumptio ex certissimo codicis c vestigio, quum verum ibi levi errore obscuratum sit; praebet enim hic cod.: Itaque in, emendatioque in promptu est. Ceteri habent: Itaque qui, quod dubitanter recepit Orellius. 4 nec otiosum nec solum unquam. 10 qui in Coa Venere eam partem: hanc Stürenburgii emendationem ex certissimis codicium vestigiis repertam, vel potius hanc scripturam codicis c non satis praedicandi probatam Madvigio in textum recipere non dubitavi. ibd. propter eorum, quae perfecisset, praestantiam neminem persecutum. 11 disputari, ex omnibus bonis

codd., efr. not. Stürenb. 24 **comitas**, qvod in omn.  
 codd. est, Zumptius mutavit in **communitas**, sed  
 sine ulla idonea caussa; v. qvæ ad h. l. attulit Beie-  
 rus. 26 **qvam facere cuiquam iniuriam**: ita  
 cod. c. Editores vulgo ex aliis codd. scribunt **cui-  
 quam**. Nihil esse, qvod observat Stürenb., „propter  
 vituperationem rectius multo dici **cuiquam qvam  
 cuiquam**”, qvis non videt? 30 **detractio aut appetitio  
 alieni**. 31 **decernit**. 32 nulla enim **est  
 societas nobis cum tyrannis**, **et** potius summa  
 distractio **est**: utrumqve recipiendum ex cod.  
 e aliisqve bonis codd., v. Zumpt. Qvod enim a Madv.  
 Gram. Lat. § 452, n. 2 statuit, et pro sed post  
 sententiam negativam non ponit, nisi ubi sententiæ  
 iungantur, non ubi verba componantur, hic in singulis  
 verbis (**societas — distractio**) fere singulæ sententiæ latent. 38 **nihilo plus**, v. l. 72. 47 **plena  
 exemplorum est nostra res publica** qvum  
 sæpe tum maxime bello Punico secundo. Codicibus iubentibus omittendum erat alias. Omisit  
 iam Zumptius; efr. Madvig. ad Cie. de fin. p. 39 et  
 Opusc. Acad. I, p. 339. 48 atqve ille utilitatem —:  
 male Heusingerus et Zumptius atqvi. Nulla est op-  
 positio, nulla assumptio refellendi caussa, sed expli-  
 catio simpliciter continuatur. Cfr. § 74. 57 Rhodios: hanc optimam cod. c scripturam, rectissime  
 ab Orellio receptam reiecit Zumpt., qvamqva necessaria est oppositio duorum membrorum: frumentarius celat Rhodios, venditor emptores. 59 nullæ, qvod sciam, inquit ille (cod. c): hoc  
 melius qvam Zumptii ille inquit aut Orellii inquit  
 solum, v. Madv. Fin. p. 151 (et Add.) et p. 770. 60

codd., efr. not. Stürenb. 24 **comitas**, qvod in omn.  
 codd. est, Zumptius mutavit in **communitas**, sed  
 sine ulla idonea caussa; v. qvæ ad h. l. attulit Beie-  
 rus. 26 **qvam facere cuiquam iniuriam**: ita  
 cod. c. Editores vulgo ex aliis codd. scribunt **cui-**  
**qvam**. Nihil esse, qvod observat Stürenb., „propter  
 vituperationem rectius multo dici **cuiquam qvam** **cuiquam**”,  
 qvis non videt? 30 **detractio aut appetitio alieni**. 31 **decernit**. 32 **nulla enim est**  
**societas nobis cum tyrannis**, **et** potius summa  
**distractio est**: utrumqve recipiendum ex cod.  
 e aliisqve bonis codd., v. Zumpt. Qvod enim a Madv.  
 Gram. Lat. § 452, n. 2 statuit, et pro sed post  
 sententiam negativam non ponit, nisi ubi sententiæ  
 iungantur, non ubi verba componantur, hic in singu-  
 lis verbis (**societas — distractio**) fere singulæ sen-  
 tentiæ latent. 38 **nihilo plus**, v. l. 72. 47 **plena**  
**exemplorum est nostra res publica** qvum  
 saepe tum maxime bello Punico secundo. Co-  
 dicibus iubentibus omittendum erat alias. Omisit  
 iam Zumptius; efr. Madvig. ad Cie. de fin. p. 39 et  
 Opusc. Acad. l, p. 339. 48 atqve ille utilitatem —:  
 male Heusingerus et Zumptius atqvi. Nulla est op-  
 positio, nulla assumptio refellendi caussa, sed expli-  
 catio simpliciter continuatur. Cfr. § 74. 57 Rhodios:  
 hanc optimam cod. c scripturam, rectissime  
 ab Orellio receptam reiecit Zumpt., qvamqvm ne-  
 cessaria est oppositio duorum membrorum: fru-  
 mentarius celat Rhodios, venditor emptores.  
 59 nullæ, qvod sciam, inquit ille (cod. c): hoc  
 melius qvam Zumptii ille inquit aut Orellii inquit  
 solum, v. Madv. Fin. p. 151 (et Add.) et p. 770. 60

qum ex eo qvarerem. Nulla caussa idonea est, cur cum editoribus hanc scripturam repudiemus. 61 qvi contra reliceatur: hoc ex cod. c recepit Zumptius et recte recepit, v. not. eins et Orellii. Stürenb. et ipse recepit, sed non recto interpretatur esse, „qvi saepius contra liceatur (wiederbieten, wiederholt bieten); immo est: minus pretium offerre licendo, quam qvod a venditore postuletur aut ab alio emptore oblatum sit. Recte igitur Zumptius „zurück-bieten”; nos dicimus „underbyde.” 63 Etenim omnino tantum se negat facturum compendii sui caussa, qvod non liceat. Huic—: ita ex codd. legendum et cum Zumptio Stürenburgioque interpungendum. 69 plagam retinui propter codd., et si verisimile est Ciceronem scripsisse plagas. Sed est hoc ex iis, ubi sane difficile est rem dijudicare. Qvod seqvitur in eam, non idcirco necesse est plagam scribere. In editione tironibus destinata eo magis servandam putavi formam insolitam, ut locus esset admonitioni. ibd. omnium inter omnes; Zumptius: hominum inter homines, sine caussa. ibd. qvi eiusdem gentis sunt. Codd. fere omnes sint; sed coniunctivus ferri non potest. Sunt et sint saepissime permutantur in codd., qvi hac in re non magnum faciunt discriminem. 73 periclite-mur, si placet, et in iis qvidem exemplis: ita codd. duo antiquissimi, qvibus nec Zumptius nec Stürenb. paruit. 74 o turpem notam temporum! non erat æquum principes cives rem ha-bere—: omittendum erat illorum; neque enim de nota temporum illorum, sed de horum, nostrorum temporum indignitate agitur. ibd. atqve in tali-

bus rebus aliud utile interdum: atqve pro atqvi, ut § 48. 79 in potestatem populi Romani redactum: sine ulla caussa Heus., Beierus, Zumptius daturum scripserunt; nam qvod Livius VIII, 24 ita locutus est, hoc nihil ad Ciceronem pertinet. 81 hæc sunt, qvæ conturbant. Coniunctivum h. l. plane repudiandum censeo. 82 utrum ex homine se convertat qvis in beluam, an hominis figura (omisso in). 87 piratarum enim melior fides. Qvod Zumptius ex deter. familie codd. addit: qvam senatus, id neqve exstat in cod. c et cod. C. Langii, neqve opus est. 88 cum illis sic agere ut cum colonis nostris soleremus, eoqve magis qvod —: Zumptius non recte pro qvod scripsit qvo; ambiguus utrum præferret deterius sumpsit. **ibid.** vincat utilitas rei publicæ (cod. c); utilitas per se nimis incertum est. 89 sed tamen ad extremum utilitate, ut putat, officium dirigit. Addendum erat ut putat, nam re vera utilitate non dirigit. **ibid.** qvo ad enim per ventum est eo, qvo —, v. Madvig. ad Cic. de fin. p. 448, cfr. I, 66. 91 mendacem, aleatorem, ebriosum: cum cod. c. eieci furacem probante Madvio. Qvamqvam enim intelligi poterat non repugnantibus iis, qvæ § 71 dicuntur, ubi de certis furtis mentio sit, qvum hic agatur de cupiditate furandi, tamen minime apte cum iis, qvæ hic nominantur, vitiis coniungi poterat. 92 si qvis medicamentum cui piam dederit. 93 si ex hereditate nihil cepit, qvam si cepit: hæc tria ultima verba omnes boni codices addunt, et recte. Sententia enim hæc est: mentietur certe, si non saltaverit; nam pro-

misit se hoc facturum; sed honestius mentietur, si ex hereditate nihil ceperit, quam si ceperit eoque fructum mendacii perceperit. Ceperit dictum est de actione præterita, mentietur de permanente mendacii onere. Excederunt autem hæc verba sine dubio propter similem duorum membrorum exitum. cfr. Stürenb. 96 in eisdem versemur. 99 ad rem factam nostramque veniamus. **ibid.** qvis hæc neget (cod. c): negat in interrogatione non opus est eam ob caussam, quod sequitur responsum certum: magnitudo an. negat. (qvis neget? — nemone? — immo est qui neget — quem censes?). 102 præverteret: perverteret h. l. alienum est. 106 sed si hoc sibi sument: Zumpt. h. quoque l. sumunt, cfr. § 96. Sed codices erant seqvendi. 107 est autem ius etiam. 108 condicioneS. Male Orellius condicioneS, quod aperte ortum est ex incerta scribendi ratione: condicioneS, ita ut utraqve litera pro alterautra poneretur. Condictio significat prorsus aliud, quam quod hic conveniat, v. Stürenb. 113 novem revertisse dicit: verbum addendum ex cod. c, est enim necessarium. **ibid.** fraus enim adstringit. Hic ut alibi særissime Zumptius ex deterioribus codd., qui habent distingit, scripsit destringit interpretans: „apertius fit”, neglecto cod. c, quem non pro merito aestimat. Etsi enim negligentius scripsit Cicero adstringit, tamen intelligi potest adhibita quasi zeugmatis figura; adstringit enim refertur ad ius iurandum, quod violatum sit perjurium; ius iurandum autem fraude potius adstringitur magis quam solvit. 114 qui periculum mortis defugissent (cod. c). Contra

**Zumptius et Stürenburgius:** periculo-diffugis-sent; sed huius argumentis non moveor. 115 sed iam huius loci finis sit (cod. e). 120 dicitur scribendum ex codd. melioris familiæ, concinnitatis caussa.

Postremo loco commemoranda sunt, qvæ coniecta-tura emendanda videbantur. Hac in re summam me adhibuisse cautionem neqve qvidquam meo ipsius ar-bitrio mutasse profiteri possum. Qvare qvum non-nulla hac sola via sanari posse viderentur, hæc sin-gula, opportunitate amicitiæ et necessitudinis, qvæ mihi est cum Madvigio, V. Cl., usus, ita cum eo com-municavi, ut qvid ei placeret de gravissimis saltem rebus ne ignorarem. Ne hic qvidem, ubi auctoritate nominis illustrissimi opus esse videbitur, illud ad-scribere omittam.

**Lib. I, 7** qvæ ratione suscipitur. Omisi hoc loco præpos. *a*, qvæ in omnibus codicibus appareat. Svasit hoc Orellius, vetuerunt Zumptius et Stürenb. Sed ratio non ponitur pro philosophia, ut vult Stürenb., nec quasi persona ipsa agens inducitur; et semper fere, ubi methodus philosophandi significatur, fit hoc modo: **ratione**, **ratione** et **via** vel **modo**. **Qvomodo ratione** (Stürenb. interp. auf eine ratio-nelle Weise) Tulliana modestia indignum sit, prorsus nescio. 11 **prægressus** scripsi auctore Madvigio. Etsi enim novum hoc vocabulum est, tamen vulgatum **progressus** et insolentissimum est de rebus inani-mis et cum v. antecessiones pari significatione nullo modo coniungi posse videtur. Qvare comparato hoc remedio miram Zumptii interpretationem lubens repudiavi. 17 **ordo etiam et constantia:** h. l.

eodem Madvigo svalente etiam scripsi pro autem.  
 In codd. perpetua est confusio horum vocabulorum:  
 autem- etiam- et enim- enim. Nulla, ne minima  
 qvidem in his inest oppositio; additur potius novum  
 aliquid et maius. 36 Hoc loco non possum, quin con-  
 iecturam Madvigii mecum communicatam proferam,  
 quamquam ea non adductus sum, ut locum interpolati-  
 um additamento temporum diurnitate ita ei adhæ-  
 rente, ut vix divelli posse videretur, liberarem. Si  
 enim usquam, certe hic vetus scholion historicum ora-  
 tioni Ciceronis insertum est (etsi omnes codd. hunc  
 pannum adsutum habent), ubi ea, quae præcesserunt,  
 quasi communi conclusione his verbis colliguntur:  
**E**x quo intelligi potest, nullum bellum esse  
 iustum, nisi quod-indictum, addita affirmante  
 Catonis auctoritate his: **M.** quidem Catonis senis  
 est epistola. Sed huic exemplo particula quidem  
 adnexo et expresso præcedit explicatio, qua singula,  
 quae ad epistolæ tempus et occasionem pertinent, pro-  
 ponuntur; tum vero inepte et satis insulse additur: **M.**  
 quidem Catonis senis est epistola, etsi iam  
 ante positum erat Catonis filius tiro, ubi nomen  
 Catonis simpliciter positum usui Ciceronis, quo præ-  
 nomen saltem addendum erat, repugnat. Altera vero  
 ex parte Cicero nunquam dixisset **M. Catonis senis**,  
 si idem vir paullo ante nominatus esset. Itaque sta-  
 tuendum est, Catonem hic demum a Cicerone induci.  
 Neque is in exemplo historico, sine particula connec-  
 tente et transitum indicante tam laxe et incerte  
 posuisse: **P**opilius imperator (sine prænomine)  
 tenebat provinciam (quam? at postea dicitur in  
 Macedonia Persico bello). Quid multa? Spuria

iudicanda sunt hæc: **Popillius imperator — in bello movendo.** Fuerunt qvidem critici nonnulli, qui contra suprema verba suppositicia iudicarent: **M. quidem Catonis senis — pugnare;** at hæc in omnibus partibus iustum habent formam et Ciceronianam, addita particula adnectente quidem, addito prænomine *M.* et *senis*, quæ duo satis designant Catonem censorum, addita significatione et temporis et loci: in **Macedonia Persico bello**, quæ significatio melior est, quam singularis illa, quæ supra posita est, quippe quæ nulla sit. Stürenburgius vero, quæ est mira hominis libido, ea, quæ nos damnavimus, ita tueri conatur, ut verba: **adeo summa — in bello movendo ad seqventia referat**, nonnulla de bello Persico a Romanis moto ex historia petita narrans. Omissis, quæ facile his opponi possunt, hoc unum addamus, de bello movendo & incipiendo h. l. minime agi. Fieri autem potest, ut Cicero ex memoria argumentum epistolæ afferens erraverit in re ad Macedoniam bellumque Persicum referenda, et scholiasta rectius rem ad Popillum rettulerit, qui vix unquam munere imperatoris in Macedonio bello functus est. Atque hæc ipsa caussa interpolationis esse potest. Cfr. not. Beieri ad h. l. 38 ut enim cum civiliter contendimus: hæc cum Orellio retinui, quamvis refragantibus codd. optt. utriusque familiæ. Zumptius et Stürenburgius frustra, opinor, defendunt codicum scripturam: ut enim cum civiliter contendimus, aliter si — aliter si. Tum enim talis oriretur anacoluthia, quæ oriri nullo modo potest. Neque difficile est videre, quomodo civi aliter depravari potuerit in civiliter; deinde aliter post

hoc concinnitatis caussa interpolatum. Habemus exemplum mendi antiquioris quam sunt codices nostri optimi. Nonnulli tamen codd. veram scripturam servaverunt. 43 ex constanti Ciceronis usu scripsi: Id autem tantum abest ab officio. Editores omnes: abest officio. Ut præp. ab interponeretur, svaserat iam Wesenbergius Emend. Epist. Ciceron. p. 62. 51 ut sit constitutum legibus ipsis; cetera sic observentur—: hanc necessariam eandemque certissimam Gulielmi coniecturam auctore Madvigio recepi. Vulgata scriptura: ex quibus ipsis cetera — omni sensu caret. 54 et benevolentia devincit homines et caritate: prius et codd. præbent (quare non recte Orellius omittit), alterum et necessario adiiciendum. Qvod nisi fieret, benevolentia nominativus habendus esset et tautologia oriaretur. 66 Vulgo hic legitur: quum persvasum sit. At nulla caussa indicatur, sed condicio simpliciter exponitur (= „ubi nobis persvasimus“). Legendum igitur: persvasumst = persvasum est. Similiter erratum est III, 44, ubi scribas: quum vero iurato sententia dicenda est (o: „ubi ei iurandum est“), meminerit. Dicenda sit hanc efficeret falsam sententiam, quæ positione verborum prohibetur: „meminerit, deum se, quum iurandum sit, adhibere testem“. Apertior etiam est ratio loci III, 89 quoad per ventum est. Satis constat codices hac in re nullum fere facere discrimen, quum præbeant dicendast, per ventumst cett., quæ facile fiunt: dicenda sit, per ventum sit. Cfr. Madvig. ad Cic. de fin. p. 448. 68 vitanda svadente Madvigio scripsi pro eo, quod in omn. codd. exstat: videnta, quod plane in-

zeptum est. Videre potest illud qvidem idem esse atque „providere, curare”; sed h. l. contraria notio postulatur. 69 voluptate animi exstat in omnibus codd. Sed idem verbum animi ter eodem verborum complexu repetitum sine dubio ferri non potest, præsertim qvum hoc vocabulo ad vv. ægritudini et voluptati adiecto minime opus sit. His de causis nimia prætuli cum Orellio, probante Madvigio. 72 nihilo minus qvam philos. Zumptius codd. seqvens legit nihil minus, provocans ad gram. suam § 488, n. 2. Sed frustra, ut mihi qvidem videtur, et nescio an Beierus recte ad III, 38 (ubi Heusinger ex nonnullis codd. nihil plus scripserat, sed Zumptius tamen nihilo plus restituit) hanc dicendi rationem addubitaverit, qvum desint, qvibus defendatur, loci. Hoc loco codd. multi iidemque optimi præbent nihilo; et talis accusativus apud comparativum Cicerone alienus est. Qvod autem III, 55 duo codd. antiqvissimi habent: multum minus, hoc nullius momenti est. **Ibd.** haud scio an magis etiam ea magnificentia et despiciencia adhibenda est rerum humanarum, qvam sæpe dico, et tranquillitas. Codd. non agnoscunt et ea ante hæc: qvam sæpe dico; deinde corrigendum est codicum sit (in adhibenda sit); nam scriptum fuit sine dubio adhibendast. Et ea probabiliter loco mota sunt. Diremptio magnificentiae et despicienciae dupli et et prava est. Est hæc emendatio Madvigii. 73 maiorqve cura efficiendi: hanc scripturam præbet cod. a; et habet sane probabilitatem maiorem qvam ea, qvæ in ceteris codd. reperiuntur. Nihilo minus mihi persuasum est, ne sic qvidem rem

ad liquidum perductam esse. In editione tironibus destinata omiserim signum corruptionis, quod aliquam tamen interpretationem locus habet. 76 dilatum et a codicibus et ab usu sermonis suspectum videri potest. Reqviritur tamen tale participium, v. c. prolatum, auctum. 81 audient non ausus sum mutare, quamquam mihi opus esse videtur audeant, ut conciecit Ernestius. Zumptius quoque gr. § 563 offendit in indicativo. Cfr. Cic. Tusc. I, § 18; Fin. I, § 70 ibique Madvig. 88 facilitas et altitudo animi. Habet altitudo codicum auctoritatem, cfr. Cic. ad fam. III, 10, 10. Significatur autem non magnus animus, sed profundus, qui non facile movetur aut ira effervescente exasperatur. Alios locos, ubi similiter interpretandum est, excitabo in commentario ad h. l., velut Cic. part. orat. § 73 altitudo animi est in capiendis incommodis et maxime iniuriis; Sall. Iug. 95 altitudo ingenii; Liv. XXI, 2 alta indoles; Tac. Hist. IV, 86. 91 nec in neve mutare non audeo cum Heusinger. et Zumptio, ex auctoritate Nonii, contra codicum testimonium. Zumptii pracepto in gram. § 535 non confido (cfr. nota eius ad Cic. in Verr. III, § 14) nec pro neve ponи posse, ubi praecedat ut; praecedente ne semper seqvi debere neve. Refellitur id loco a Stürenb. allato Cic. orat. § 221. Beierus quoque II, 73 contra codd. scripsit neve. Madvigi verba in Gram. § 469 et not. litem non diiudicant. Cfr. I, 38 nec dederitis; 92 deinde augeatur — nec pareat. 100 hanc primam habet vim, quae deducit: ita contra codices cum Zumptio scripsi; nam codicum viam, quod tuentur Orellius et Stürenburgius, me quoque nimis offendit (of-

ficiū — habet viam). Rursus altera qvoqe scriptura: vim, qvæ deducit habet nescio quid perversi et inepti. Sed duorum malorum minus præferendum duxi. — Paucisj verbis post similis fere difficultas recurrit, qvam ne Madvigius quidem tollere potest, non magis qvam illam, qvæ paullo ante posita est. Codd. enim habent sequemur qvæ, probatum Zumptio et Stürenburgio. Sed qvum idem verbum sequendi statim post alia significatione redeat, assequemur qvæ recipere coactum me putavi. Confiteor me prorsus hærere. 101 omnis autem actio — nec vero agere quidqvam, cuius non possit caussam probabilem reddere. Ita codd., et fortasse vere, si minus recte a Cicerone scriptum esse consiteri volumus. Qvod nonnulli pro eo, qvod est actio, legi voluerunt ratio, hoc non placet; ratio enim semper vacat temeritate; et postqvam distinxit rationem et appetitum, præcepta de ratione agendi adduntur. Si quid mutandum est, nolim cum Zumptio possit in possis mutare contra codd. opt.; nam ne sic quidem omnia facile procedunt; sed potius inseruerim deceat (nec vero agere deceat quidqvam). Fieri autem potest, ut cautius sit manum retinere, qvum Ciceron fortasse negligentius ita scripserit, ut ab his: actio — debet notio generalis necessitatis (oporet) cogitatione ad v. agere transferretur; ita ut possit ad subiectum illud indefinitum („is qui agit”) referendum sit. Velle ne talia orationis exempla discipulis tradere cogeremur. 104 Hic locus coniectura sanandus erat, qvam in Ciceronis verba recipere nullus dubitavi. Nam ex vestigiis codicum, qui præbent remisso animo, non perversissime opponunt:

homo remissus et ne liber qvidem, hæc eruit  
 Madvigii acumen, vocem propter similitudinem sup-  
 plendo eiectam: alter est, si tempore fit, aut  
 si remisso animo, **magnο** homine dignus,  
 alter ne libero qvidem, si rerum turpitudini  
 adhibetur verborum obscoenitas. Stürenburg-  
 gii emendationem huius loci vereor, ut quisquam as-  
 sensu suo comprobet. 109 in sermonibus aliquem:  
 hæc Pearcii conjectura necessaria est, et melior quam  
 Zumptii alium scribentis; neque enim certi alicuius  
 mentio sit, sed omnino aliis hominis. **ibd.** ne Xe-  
 nocratem qvidem cett. Hoc loco nihil mutandum  
 censeo (modo post v. philosophorum necessario  
 interpungendum est); neque video, quid magno opere  
 Orellium offendat. Est sane perversitas ipsius sen-  
 tentiæ: ob eamque caussam magnum fuisse:  
 nemo enim magnus fit, quod nullam habet comitatem  
 sermonis; sed nonne hæc perversitas talis est, ut ipsi  
 Ciceroni adsignanda sit? 118 nam quod Herculem  
 Prodicus dicit, ut est apud Xenophontem:  
 ut locus hic ita scribatur, svadent certissima codicum  
 vestigia, v. Orell. Recentiorum Stürenburgius primus,  
 puto, hanc protulit scripturam verissimam. Vulgo le-  
 gitur: H. Prodicum dicunt, ut est apud X.,  
 quæ sensu destituta sunt. Nihil enim de Hercule Pro-  
 dici tradunt, sed quod apud Xenophontem exstat, ex-  
 ponitur; neque Xenophon „homines“ ita dixisse nar-  
 rat, sed „Prodicum“. Primum haud dubie nomen li-  
 brariis non satis notum corrumpi coeptum est; dein  
 ne concinnitas quædam orationis tolleretur, dicit in-  
 dicunt aliquis mutavit. 119 multo est cura maior  
 adhibenda: cum Zumptio eieci ei rei, quod vulgo

interponunt. Exstant hæc duo verba in codd. præter unum optimum, qvi utrumqve verbum omittit, reliqui boni omittunt ei. Facile appareat, qvi addi potuerit. Sententia libenter caret utroqve verbo. 121 nefas et impium: omnes codd. Orelliani non impium, sed vitium scriptum exhibent, qvod recepit Stürenburgius. Verum et argumentatio eius mihi obscura et incerta videtur, nec crediderim, vitium dici posse de decori esse maiorum gloriae. Eandem credo ob caussam codices seqvi veriti sunt Orellius et Zumptius. 122 si in eius modi qvidem rebus maiores natu volent interesse: hæc, qvæ etiam in codd. nonnihil variantur, difficilem habent explicacionem propter additam particulam qvidem. Debebat enim dici: „si vel in eius modi—“. Qvare non reiecerissem conjecturam Stürenburgii in ed. priore propositam: si **ne** in eius modi qvidem rebus maiores natu **nolent** interesse (sic enim intelligi posset qvidem, qvam particulam satis dure nunc explicant, v. Stürenb.), nisi ipse eam in ed. altera retractasset simul cum maxima parte ceterarum mutationum suarum et ad codicum auctoritatem revertisset, nunc ita obnoxie eos seqvens, ut alterum vitium evitans fere in alterum inciderit. 151 in qvibns autem artibus: in addi h. l. iubet constans Ciceronis usus. Notam Stürenburgii intelligat, qvi possit. **ibid.** nihil dulcius, nihil libero dignius: ita verisimiliter scripsit Cicero; tum qvispiam addidit homine; deinde utrumqve coniunctum: homine libero, quasi liber non sit homo.

Lib. II, 4 tantum erat philosophiæ loci,  
qvantum superfuerat amicorum et rei publi-

eæ temporibus: ita editores plerique: codd. temporis (cod. *c temporis*), qvod adoptavit Zumptius; sed hoc pravum est, vel propter inanem lusum: „tantum loci — quantum temporis”; (aliam caussam veram attulit Stürenb. ad h. l.). Dativus apud v. superesse legitimus est hoc sensu: „superesse rei” o: superesse ita, ut res non desideret aliquid, v. Cic. Verr. I, § 13; Rep. I, 4 extr.; Liv. XXI, 4; Senec. cons. ad Polyb. 21 qvidqvid lacrimarum fortunæ meæ superfuit, tuæ sundere; cfr. Drakenb. ad Liv. IV, 12 extr., ubi in his: vendere qvod usu menstruo superesset nonnulli legunt usui, interpretes certe pro usui positum volunt. 9 in qvo verbo lapsa consuetudo deflexit de via: quamquam verbo in omnibus bonis codicibus exstat, tamen et periti editores (Beierus, Zumptius) omiserunt, et non sine caussa alii qvoqve offenderunt, quam hic non de falso vocabuli usu, sed de falsa notionum distinctione agatur. Quæ quam ita sint, vellem verbo a Cicerone non positum esse; contra certissima testimonia omittere non ausus sum. 11 Madvigio auctore eleci v. apes; qvod aliis qvoqve suspicionem movit. Neque quid Stürenburgii explicatione, apes positum esse pro eo qvod et ipsæ apes, efficeretur, vel si vera esset, video. Ut omittam duritiam compositionis: bovum pecudum-apum, ea qvoqve, cur eiiciendum videatur, accedit caussa, qvod qvarum sine dubio referri debet ad notionem generalem: reliquæ pecudes; eamqve vocem postremam a Cicerone positam esse, satis docet additum adiectivum reliquæ. Exempli igitur loco apes invectum esse a grammatico vel librario statuamus. 15 hic Gernhardi et Beieri conie-

turam secutus scripsi: qvi enim ægris subveniretur. Forma neutri generis: qvid — subvenire ferri omnino non potest, nulla enim res ægris subvenit. **paullo post:** ut dando et accipiendo mutandisqve facultatibus et commodis nulla re egeremus. Sic hunc locum resinxí, codicum scriptura, ut mihi qvidem videtur, verissima níus; nunc ex coniectura Fabritii editur depravatus et fuso specioso oblitus. Unum est, in qvo hæreas; nam mutare pro eo qvod est „permutare” vix alibi apud Ciceronem exstat. Verum hoc non tanti est, ut idcirco emendatio manifesta repudietur. Vidi postea, Strenb., strenuissimum semper codicum patronum, in eandem coniecturam incidisse, qvam veram esse confido. Cfr. eius nota, ubi et v. mutandi tueri studet, v. I, 22 mutatione officiorum = mutuis officiis, et perversitatem v. mutandi probavit. 17 vulgo scribitur: hominum autem studia ad amplificationem nostrarum rerum prompta ac parata virorum præstantium sapientia et virtute excitantur. At qvomodo hominum studia „nostri” excitari possunt „aliorum” sapientia et virtute? Neqve qvomodo hoc fiat, in iis qvæ seqvuntur exponitur. Qvum præterea neqve codd. antiquissimi duo deterioris familie *a* et *b*, neqve vetus liber mscptus Parisiensis a Krarupio collatus (qva collatione defenduntur etiam verba illa II, 1 in qvo — utile, qvæ Orellius uncis inclusit) v. sapientia habeant, sed modo hæc: virorum præstantia ac virtute, Madvigius ingeniose legendum coniecit: parata morum præstantia et virtute. Nemo certe de veritate hulus emendationis dubitabit. Ex talibus autem locis intelligi potest, qvam

veteres errores in his libris identidem descriptis et lectitatis etiamnum latere possint in codd. magna ex parte vetustis. 18 ex qvo qvidqve gignatur: ita Zumptius non sine codicem præsidio; vulgo: qvæqve gignantur; sed ille vere: non est enim, inquit, unde omnia oriantur, sed unde singula; cfr. Zumpt. Gram. § 710, a. et Madvig. ad Cic. de fin. p. 489. 30 hæc enim est una res prorsus, ut non multum differat inter summos et mediocres viros, æqve utrisqve propemodum comparanda. Hoc loco manu emendatrice opus esse videbatur, qum forma vulgata sententiæ sine sensu sit; neqve ullo modo dici potest, qvod Zumptius et alii volant, ut pendere ab una res pro eo qvod est: unica res, in qva—. Qvare probante Madvicio lenissima medicina usus locum sanatum esse spero. Sensus erit hic: hæc una res prorsus comparanda est et propemodum æque utrisqve. Positio verborum: æqve utrisqve propemodum pro hac: propemodum æqve utrisqve, neminem magno opere offendere potest. 36 eos contemnunt qvidem neutiqvam, sed de iis male existimant: ita vulgo legitur; sed et codicum vestigia et positio verborum prava, qva negatio succedit particulæ qvidem, satis docent, neutiqvam aliunde irrepisse. Scripsit igitur Cicero: eos non contemnunt qvidem, sed—. non et consæpe permutantur in codd., aut alterum altero obscuratur, verbi caussa in schol. ad Cic. pro Sulla § 26 in cod. rescripto Ambrosiano, ubi pro eo, qvod est qvis non concederet legitur: qvis concederet. Mihi hoc ostendit Madvigi. 37 qvæ qvi in utramqve partem excuso animo magnoqve despiciunt,

qum aliquva iis ampla et honesta res obiecta totos ad se convertit et rapit, tum qvis non admiretur splendorem pulchritudinemque virtutis? Ita demum omnia recte quadrant et quum-tum sibi in vicem respondent. Vulgo legitur quumque et obiecta est. Sed hoc iam recte ex cod. c emendavit Stürenb., illud debetur Madvigio. Nam Stürenb. quumque retinuit, nunquam fere codicum fines egressus. 39 quod, eam si non habebunt iniustique habebuntur, nullis praesidiis saepi multis affidentur iniuriis: sic scripsi cum Stürenb., quem vide, auctoritate etiam codicis c. Editores principi hæc verba: iniusti habebuntur et (sic enim olim scribebatur) spuria iudicaverunt. Sed hoc non necesse est, opinor, si ex mutatae scripturæ ratione ad protasim, non ad apodosin referuntur. Neque Zumptii neque Orellii ratio interpretandi mihi placet. 45 quum te Pompeius alæ præfecisset: cum Grævio omisi alteri, probante Madvigio. Nam quum priores interpretes frustra artem suam, ut sententiam eruerent, adhibuissent (v. not. Heusingeri), Zumptius novissime eam amplexus est falsam rationem, ut diceret, Ciceronem filium, puerum sedecim annorum, dimidiæ parti eqvitatus Pompeiani præfuisse. Facile apparet, neminem intam inepta interpretatione acquiescere posse; ut taceam, dimidium eqvitatum nunquam significari appellatione, quæ est ala altera. Constat vero, alam significare partem aliquam sive certum numerum eqvitum; ergo Cicero filius sine dubio præfuit alæ alicui eqvitum, quæ dignitas inter centuriatum et præfeturam militum apud Romanos habita satis convenie-

bat puero nobili prima rudimenta castrorum facient tamquam auspicatio militiae. Cfr. Sveton. Claud. 25 et Madvig. Opusc. Acad. I, p. 38 sq. et not. nostr. Mirum profecto, talem errorem tamdiu omnes tenuisse. 56 qvanto Aristo Ceus gravius et verius nos reprehendit. Etsi codices omnes h. l. Aristoteles præbent, tamen non dubitavi cum Beiero et Zumptio legere: Aristo Ceus, qvippe qvi haud ignorem, qvam depravata sint sæpe nomina propria, qvæ dicuntur, in codd. vel optimis et vetustissimis. Orellius qvidem, Aristotelem hic bene intelligi posse, efficere studet, qvum hæc in libro aliquo, qvi intercederit, dixisse putari possit; nec sane difficile erit similia dicta in tanta mole scriptorum eius reperire, velut Polit. V, 8 p. 686, col. 1, extr. ed. Weise: τὰς δαπάνηρὰς μὲν, μὴ χρησίμους δὲ λειτουργίας, οἷον χορηγίας παὶ λαμπαδαρχίας παὶ ὅσαι ἄλλαι τοιαῦται. Sed talibus rebus nihil proficitur; certus locus, quem resperxerit Cicero, reperiri non potest. Præterea aliam quoque ob caussam necessaria est mutatio, si nos significat Romanos, qvos Aristoteles certe ita reprehendere non potuit. Qvod si non esset, dixisset Cicero: eos-admirentur; neqve conveniret nobis in iis, qvæ post seqvuntur, aut nihil nos magno opere mirari. Credo igitur, hominem ignotiem, Aristonem Ceum a librario clariori philosopho posthabitum in simillimo ductu litterarum suo restituendum esse loco. paullo post ex cod. c scripsi cogantur; Zumptius et Orellius ex deterioris familie codd. receperunt cogerentur, minus recte. audito, ntpote qvod a codd. absit, eiiciendum existimavi, et auctore Madvigio pari ratione nobis

omisi locum ita scribens: hoc primo incredibile videri omnesque mirari. **paullo post** in his: eaqve † a levissimo qvoqve non potui qvin signum lacunæ ponerem, qvum neqve Beieri neqve Heusingeri neqve Zumptii interpretatione admodum adiuvemur, qvumqve neqve Orellii neqve Stürenburgii coniectura lœcus sanari posse videatur. Præstat enim aperta mendi confessio occultæ vitiorum dissimulationi. 77 ut eo, unde degressa est, referat se oratio: ita, ut scriberem, mihi persvasit Madvigius; (cod. c habet digressa, reliqui egressa).

Lib. III, 12 cum eo, qvod honestum esset: ita ex coniectura Ernesti necessario scribendum erat. Qvo modo esset scribendo ita depravari potuerit, ut est evaderet, in promptu est. 14 hæc enim officia, de qvibus his libris disputamus, media Stoici appellant; ea communia sunt et late patent. Ita omisso v. omnia scribendum et interpungendum videbatur. 15 qvod capiat ignaros, qvi, qvid in—vitii sit, neqveant iudicare. Codices et editores h. l. præbent aut idem qvid aut qvi qvidem qvid; sed qvum neutrum conveniat, auctore Madvigio verbum controversum omisi; et poterat facillime a librario inseri. 19 vicit ergo utilitas honestatem? immo vero honestas utilitatem secuta est. Hæc est omnium codicium scriptura eaqve, ut mihi qvidem videtur, verissima, ita ut minime opus sit emendatione Mureti, qvæ iam tria prope ~~secunda~~<sup>33</sup> secula omnes editiones obtinet. Sed res salva est: ~~secunda~~ est significat: comitata est, ut una et simul adessent. Stürenburgius mecum sentit, nisi qvod non secuta, sed consecuta est

scripsit dicens, illud perversum esse, qvod honestas non secuta sit utilitatem, sed uno eodemque tempore honestas atque utilitas parta sit. At primum eo falsus est, qvod secuta est alieno sensu sumpsit; deinde locus Lælii, qui est § 54: non igitur utilitatem amicitia, sed utilitas amicitiam consecuta est, evertit eius interpretationem („erreichen“). 23 nec vero hoc solum natura **id est** iure gentium, sed etiam legibus — constitutum est. Vulgo legitur natura **et** iure gentium, v. Madvig. ad Cic. de fin. p. 145: „admonet Cicero, inquit, hæc eadem esse, ut apte a natura transeat ad singularium civitatum leges commemorandas; non recte Beierus e codd. Gzi et aliquot vett. edd. scripsit et iure; Orellius nescio quo casu, retenta Beieri scriptura prorsus nihil adnotavit; nam si consilio de suis codicibus tacuisset, editionum et aliorum codicum dissensum commemorasset.“ 28 h. l. non dubitavi cum Zumptio recipere scripturam Ubaldini, quam probat etiam Madvig.: quæ vacent iniustitia; tum statuendum est, Ciceronem sequentia: hæc enim una virtus — rettulisse ad notionem iustitiae in voce iniustitiae latentem, qvod similiter factum esse III, 113 in vv. ius iurandum et periurium vidimus supra p. 24; addita enim negatione notio contraria et opposita facile occurrit. Stürenb. hic quoque codicum patronus tuetur scripturam quæ vacent iustitia; sed tota disputatio eius non modo contorta, sed etiam absurdâ et præpostera mihi videtur. 36 poenam legum, quas per rumpunt, ~~quæ~~ receptum est a Zumptio et Stürenb.; sed vix recte. Neque enim facilis est translatio illa, quam statuit Zumptius, neque quid-

quam probat locus a Stürenb. allatus ex Cic. Verr. lib. I, § 13 quæstiones perrumpat. Perrumpi autem eodem sensu, quo „evitari” dici posse, nemini persuadebit. 38 Etsi hic nihil mutavi, Madvigii suspicionem tamen reticere non possum, hæc: [pecare, quam si non haberet] sibi spuria videri; quibus omissis facilior et concinnior exsistet orationis forma nihil plus sibi licere putet. Honesta enim bonis viris—. 41 quum vero iurato sententia dicenda est, v. ad I, 66 et cfr. infra III, 89. **paullo post:** quæ salva fide facere possit: ita contra codices necesse est legatur; formula enim non mutatur cum tempore enunciationis regentis. 45 vas factus sit. Manum retinere non potui, quin sic scriberem; nam est, ut vulgo scribitur, a particula ut pendens tam gravis esset oblivionis, ut vix putem Ciceronem tale quidquam in se admisisse, nedum tironibus hanc opinionem inculcem; et in levi codicum discrepantia probabilissimum est in longiore verborum complexu corruptelam negligentib[us] librario invasisse. Stürenburgii commenta tædet referre. 81 quæ sit in ea species et notio viri boni, v. Madvigii Opusc. I, p. 337, ubi de tribus membris sine particula et inter duo ulteriora coniungendis disputans hæc de nostro loco addit: „itaque restat et repugnat unus, quem nunc memoria teneam, locus de Off. III, 81, et ipse a Krarupio excitatus, ubi est: species, forma et notio viri boni; nam quod Orellio vocabula forma et notio pro uno membro alteri adiuncta commode intelligi posse videntur, præter quam quod hæc ipsa per asyndeton inæqvalis compositio inusitata est, nec forma et

notio magis quam species et forma coniuncta sunt, immo minus, nec quidquam inest praeter unius rei, quam uno et proprio vocabulo comprehendere non poterat, circumlocutionem. Alterum ex prioribus vocabulis, quibus Cicero ea, quae hic est, significatione promiscue utitur, tollendum est." Sustuli igitur ego v. forma\*). 90 sibine uterque rapiat: ita ex codd. vestigiis probante Madvigio scripsi. In codd. est: sibi neuter o: sibineuter: quam facile que compendio scriptum excidere potuerit, quis nescit? deinde si ne ad uter translatum erat, que necessario erat delendum. 92 ut item tum (o: tum quoque, iterum quoque) eo liceat uti: aut ita ex cod. e scribendum, aut: ut iterum, quod Orellius ex deterioribus codd. sumpsit. Zumptius legit: ut item eo liceat uti; sed hoc cum Beiero ut ne Latinum quidem condemnare licet. Apparet ex vera scriptura ortam esse illam: iterum; cfr. Stürenb. ad h. l. 107 nam pirata

\*) In transuersu commemorabo interpretationem loci III, 83, quam mihi idem Madvigius significavit. Leguntur haec verba: habitent gratis in alieno celi., ubi et habitent et gratis (quibus verbis non possessio significatur) et emerim, ædificarim, tuear, impendam (ex quibus ædificarim modo de domibus dici potest; tuear autem et impendam, tempore præsenti, significant, veteres possessores etiam-nunc domus possidere et sarta tecta servare) satis ostendunt, hic non agi de largitione possessionum et fundorum. Spectat Cicero actum Cæsaris, quum suo arbitrio omnibus iis, qui in urbe habitationes sibi conduxerant, mercedem unius anni in damnum possessorum condonaret. Dicitur hoc disertis verbis a Cassio Dione XLII, 51 τοῖς τε γὰρ πολλοῖς ἐχαρίσατο τόν τε τόχου τὸν ἀφειλόμενον σφίσιν, ἐξ οὗ πρὸς τὸν Πομπήιον ἐξεπολεμώθη, πάντα, καὶ τὸ ἐνοίκιον, ὃσον ἐς πεντακοσίας δραχμὰς ἦν, ἐνιαυτοῦ ἐνὸς ἀφείσις, κ. τ. λ.

non est ex perduellium numero, sed communis hostis omnium. Omisi definitus, qvod nimis molestum erat, neqve dubito, qvin iure hoc vocabulum suspectum habuerint viri docti: glossema est oppositionem indicans vocum perduellium et comm. h. omnium. 109 Utrum **Furius** prænomine usus sit **L.** an **P.** difficile est diiudicare ex iis testimoniiis, qvæ mihi sunt ad manum. Beierus, Orellius, Zumptius in Annalibus ed. II, Pauly Real. Encylop. d. class. Alterthumswiss. **P.** præferunt, idqve a Fastorum conditoribus, etiam Cassiodoro ei tribuitur. Contra codices h. l. et Cic. Brut. § 108; Rep. I, 11, 17 **L.** præbent, qvod receperunt ceteri editores (etiam Zumptius) et Fischer, römische Zeittafeln. Qvamqvam fieri potest, ut Cicero h. l. scripsit **P.**, idqve verum sit nomen, tamen, qvod **L.** apud Ciceronem maiorem auctoritatem habet, hoc prætuli\*). Pro certo nihil affirmare ausim. 112 cum primo luci: ita Heusinger, Beierus, Orellius ex vestigio cod. c (cum primo luci) et certissimo testimonio Nonii, Ciceronem in tertio officiorum ita locutum esse; et has ob caussas sic scribere me qvoqve cogi existimavi, qvum ita hunc locum temporibus veterum grammaticorum scriptum fuisse pro certo constet. Sed ægre fero, talia in editione scholastica evitari non posse. Similis est ratio loci III, 99, ubi nonnulli ediderunt domui suæ.

\*) Cfr. Seyffert ad Læl. p. 72. „Cicero ubique **L.** eum appellat, etiam Off. III, 109, ubi una cum S. Atilio Serrano consul designatus nominatur, qvum ex Fastis Capitol. **P.** **Furius** cum S. Atilio a. u. 617 consul esset; **L.** contra **Furius** ex fastis a. u. 625 demum qvæstor, 632 prætor esset, minor igitur natu, qvam ut familiaritate Scipionis et Lælii uti posset“.

Ibi tamen his non obtemperavi. Qvamq; enim hand ignoro, codices qvandoq; hanc formam habere eam-q; a R. Klotzio defensam esse, tamen Madvigio potius accedo, hanc formam, ubi extet, errore scribendi sibi ortam videri statuenti. 117 iam qvi dolore sumimum malum iudicat; hoc scripsi probatum Madvigio. Coniunctivus dicat ferri non potest. Litteræ in facile absorberi poterant præcedentibus litteris um. 119 Calliphontem scripsi constantiæ caussa, ut Orellius quoq; fecit; cfr. Madv. ad Cie. de fin. p. 174. ibid. omisi verba duo: et malorum, qvod fieri iam voluerat Muretus, etsi habent codices. Sed hic quoq; origo corruptelæ facile deprehenditur. 121 extremo libro coniecturam Lambini non potui non recipere, svadente Madvigio; scripsi igitur monitis. Orellii animus eodem inclinat; sed qvod dicit, nos talia diiudicare non posse, hac in re Ciceronis usus satis certus esse videtur.

---

Skoleefferretninger.

hygjeligt

## Lærerne.

Det Lærerpersonal som nævnedes i afgigte Års Program er vedvarende det samme. Kun blev det under 31te Aug. f. A. forøget med Cand. theol. Georg Carl Ferdinand Høeg, der constitueredes til Lærer i Dansk og Tydsk for Skolens 3 nederste Classer.

I Lærernes ydre Stilling er heller ingen videre Forandring foregaaet, end at Cand. theol. Frants Vilhelm Laurits Ohlenschlæger under 5te Februar d. A. er blevet udnevnt til fast Adjunct.

De forskellige Undervisningsobjekterne vare for det meste fordelede som ifor, for saavidt Oprettelsen af en ny Classe og Ansættelsen af en ny Adjunct ikke maatte giøre nogen Omfordeling nødvendig.

Rector har saaledes havt religieust Græsk og Religion i 12 de 4 øverste saint Tydsk og tydsk Stiil i de 3 øverste Classer.

Overlærer Blicher: Græsk og Hebraisk i hele Skolen.  $\frac{1}{2} + \frac{4}{4}$

Overlærer Mag. Lund: Latin og latinisk Stiil i 5te og 6te Classe.  $\frac{1}{2} + \frac{4}{4}$

Adjunct Hansen: Mathematik i hele Skolen og Religion i de 2 nederste Classer.  $\frac{1}{2} + \frac{4}{4}$

Adjunct Tidemand, tillige Skoleinspector: Græsk i hele Skolen samt Latin og latinisk Stiil i 3die og 4de Classe.  $\frac{1}{2} + \frac{4}{4}$

Adjunct Westesen: Naturhistorie i hele Skolen samt Dansk i de 4 øverste Classer og Legning.  $\frac{1}{2} + \frac{4}{4}$

Adjunct Dhlen schlæger: Historie og Geographie i hele Skolen. 29

Adjunct Høeg, som ansort: Tydsk i de 3 og Dansk i de 2 nederste Classer. 24.

I Kalligraphie, Gymnastik og Sang lededes Undervisningen af de samme som tilforn nemlig: Overlærer Blicher, Adjunct Tidemand og Organist Braaue.

Tidens Inddeling for de forskellige Læresag viser efterstaende Timetabel.



## Disciplene.

Foruden de i sidste Åars Program anførte 14 Disciple, anmeldtes endnu i Juli og August Mæned følgende:

Hans Peter Ludvig Krestensen, Søn af afdøde Fyr-inspecteur Krestensen.

Niels Sørensen Bruun, Søn af Jernstøber Bruun i Nykøbing.

Christian Heinrich Carl Hahn, Søn af afdøde Pastor Hahn i Hyllested i Sjælland.

Christian Franz Heinrich, Sønner af Postsecretair

Leonhard Friderich Carl, Sodemann i Rostock,

Georg Wilhelm, for Tiden Forpagter af

Adolph Friedrich, Grdn. Nøisomhed p. f.

Peter Christian Jappe, Søn af afdøde Skibmand

Jappe i Sorø.

Det hele Discipelantal blev saaledes, efter Afgangsen af 5 Dimittender, for indeværende Skoleaar 56. Men i Årets Løb nødsagedes Jakob Hieronymus Laub, Søn af afdøde Bogtrykker Laub i Nykøbing, formedelst Svagelighed til at forlade Skolen. Og Eggert Christian Madsen, Søn af Forpagter Madsen paa Hvibygaard i Lolland, en Discipel, som ved sin stadige Flid, gode Opsørel og elskelige, bæskedne Charakter vandt Alles Ændest, borikaldtes til et bedre Liv.

De øvrige ere for Tiden fordele paa 6 Classer saaledes:\*)

### VI Classe.

1. Henrik Valdemar Skibsted (afdøde Skæderimester Skibsted i Nakskov).
2. Theodor Johan Fog (Pastor Fog i Horbeløv).
3. Ludvig Blicher (Overlærer Blicher i Nykøbing).

\*) Forældrenes Navne ere vedsoiede i Parenthes.

4. Magnus Holst Clausen (afd. Pastor Clausen i Horslunde).
5. Lars Simon Hansen (Materialforvalter Hansen paa Knuthenborg).
6. Peter Martin Lund (Scolelærer Lund paa Feme).
7. Axel Theodor Krestensen (afd. Hyrinspecteur Krestensen ved Falkebiergsfyr).
8. Christian Heilmann Rosen (afdøde Pastor Rosen i Kiettinge).
9. Thorvald Didrik Klein (Districtslege Klein i Stubbelevbing).
10. Jørgen Bang Biering (Pastor Biering i Assminderup).
11. Richard Bentley Lehmann (Told- og Consumptionsinspecteur Lehmann i Nykøbing).
12. Frederik Wilhelm Klemens Kynde Galschiøt (Pastor Galschiøt i Stokkemarke).

#### V Classe.

1. Johan Philip Emil Madsen (Gæstgiver og Vorgerrepræsentant Madsen i Bordingborg).
2. Rasmus Møller (Stiftsprovst, Mag. Møller i Torsløstrup).
3. Jens Carl Wessenberg Nielsen (Pastor Nielsen i Nykøbing).

#### IV Classe.

1. Povel Martin Møller (Broder til Nr. 2 i 5te Cl.).
2. Julius Evald Lunddahl (Kbm. Lunddahl i Maribo).
3. Franz Christian Sodemann (Postsecretair Sodemann i Rostock).
4. Johannes Carl Emil Clausen (Pastor Clausen paa Bøge).

5. **Henrik Gregorius Sophus Erichson** (afd. Mægler Erichson paa St. Croix).
6. **Theodor Frederik Vilhelm Henriksen** (afd. Købmand Henriksen i Maribo).
7. **Johannes Emil Viberg** (Kunsthandler Viberg i Nykøbing).
8. **Otto Theodor Emil Sørensen** (Pastor Sørensen i Gundslev).
